De Alberico mythologo.

Dissertatio inauguralis,

quam consensu et auctoritate amplissimi philosophorum ordinis in universitate Friderica Guilelma Silesiaca ad summos in philosophia honores rite capessendos scripsit

Robertus Raschke
Silesius

Die XII mensis Octobris a. MCMXII hora XII disseret doctorandus in Aula Leopoldina
De Macrobio Theodosio.
Deinde erit promotio.

Vratislaviae
M. & H. Marcus
MCMXII

De dissertatione probanda ad ordinem philosophorum rettulit
Richardus Foerster.

Dissertatio integra propediem prodibit in commentationum
quae inscribuntur
Breslauer Philologische Abhandlungen
fasciculo 45.

Examen rigorosum habitum est die XXVIII mensis Februarii
anni MCMXII.

Richardo Foerster

sacrum

Praefatio.

Mythographus qui Vaticanus tertius dicitur, primum una cum mythographis Vaticanis I et II ab Angelo Maio[1]) publici iuris factus est nullis propemodum, ut Maius ipse testatur, (praef. p. XVI) scholiis additis, ne moles voluminis nimis augeretur. Tribus annis post editio paulo emendatius a Georgio Bode[2]) repetita est.

Alberici de deorum imaginibus libellus saepius inter mythographos latinos in lucem emissus est: primum a Iacobo Micyllo Basileae 1549, deinde ab Hieronymo Commelino Heidelbergae 1599. Editiones novissimas curaverunt

1) Thomasius Munckerus Amsterdami a. 1681;
2) Augustus van Staveren Lugd. Bat. a. 1742.

Mythographum Vaticanum tertium eundem esse atque Albericum argumentis invictis Fr. Iacobsius in Ephemeridibus, quarum titulus est: Zeitschrift für Altertumsw. a. 1834 m. Novembr. no. 132 p. 1059 demonstravit.

Quibus ex auctoribus mythographi Vaticani I et II hauserint, R. Schulz[3]) et F. Keseling[4]) compluribus annis abhinc luculenter enucleaverunt. De fontibus utriusque operis Alberici nemo ad hoc tempus quaestionem instituit, sed tantummodo obiter eos Bodius (ed. myth.), Georgius Thilo (ed. Serv.), R. Helm (ed. Fulg.) tetigerunt. Qua indole Alberici libri sint quam accuratissime inquirere nobis est propositum.

---

[1]) Classicorum auctorum e Vaticanis codicibus editorum tom. III p. 161—277 et p. 375—379, Romae 1831.

[2]) Scriptores rerum mythicarum Latini tres, Cellis 1834.

[3]) De Mythographi Vaticani primi fontibus, Halis 1905.

[4]) De Mythographi Vaticani secundi fontibus, Halis 1908.

Priusquam autem Alberici opera ad fontes reducta proponamus, *quo modo* textum eorum consarcinarit paucis disseramus. Liber *Mythographi Vaticani tertii* plane diversa a primo et secundo ratione compositus est: illi deorum hominumque fabulas singillatim exponunt; hic praecipuorum tantum deorum ac semideorum fabulas continuo stilo exsequitur neque e brevibus narrationibus, sed peramplis tractatibus constat. — Hoc maius opus Albericus, ut quondam Varro solebat, in epitomen exiguam „*de deorum imaginibus libellum*“ coëgit. — Quibus dictis quanto difficilius fontes Alberici operum quam mythographi Vaticani I et II disquirantur dilucide cognosci potest: Albericus in singula capita varios diversosque fontes tanta industria contraxit, ut interdum ubi ab uno fonte ad alterum transeat perspici vix possit, praesertim cum saepius iungendi causa nonnulla verba vel sententias ex suo ingenio adicere non vereatur. Haec quaestio in intricatis versaretur, nisi compilator nonnullos scriptores nominasset; at illi peramplis tantummodo locis ab eo commemorantur. Huc accedit quod Albericus non raro a fontis sui elocutione maxima licentia discedit, cum a verbositate confusione turgidoque narrandi genere auctorum omnino abhorreat semperque sermonis simplicitatem sectetur.

Iam fontes ab Alberico in suum usum conversos respicientibus *primarii* et *secundarii* discernendi videntur. *Fontes primarios* hos statuimus:

A) Fulgentii[1] a) mitologiarum l. tres
b) Vergilianae Continentiae sec. Phil. Mor. Expositionem.

Fulgentius primo loco nominandus est, cum Albericus in opere suo maiore instituendo et ordinando eius exemplum secutus sit. Velim conferas:

Fulg. lib. I fab. I unde idolum	∾	myth. prooemium
II fab. Saturni	∾	I Saturnus
et Opis	∾	II Cybele (= Ops)
III de Iove	∾	III Iuppiter
et Iunone	∾	IV Iuno

[1]) Opera ed. R. Helm Lipsiae 1898.

Fulg. lib. I fab. IV	fab. Neptuni	∾	V Neptunus
V	fab. de Plutone	∾	VI Pluto
VI	fab. de Cerbero		
VII	fab. de Furiis		
VIII	fab. de Fatis		
IX	fab. de Arpyis		
X	fab. de Proserpina	∾	VII Proserpina
XI	fab. Cereris		
XII	fab. Apollinis	∾	VIII Apollo
XIII	fab. de Corvo		
XIV	fab. de Lauro		
XV	fab. de IX Musis		
XVI	fab. Phaetontis		
XVII	fab. de tripo, sagittis et Pithone		
XVIII	fab. Mercurii	∾	IX Mercurius.

B) Servii in Verg. carmina[1]) commentarios non Danielinos, sed genuinos grammatici saec. IV[2]).

---

1) Rec. G. Thilo et H. Hagen Lipsiae 1881 sq.

2) Quam opinionem ut aliquatenus fulciamus, duo exempla hic proferamus. Quae Danielinus Servius addidit, uncis ( ) inclusi:

Serv. A. VIII 319 (p. 245, 15—19) hic [Saturnus] fugiens ab Iano (rege, qui urbem habuit, ubi nunc Ianiculum,) est susceptus, qui regnabat in Italia. quem cum docuisset usum vinearum et falcis (et humaniorem victum,) in partem est admissus imperii et sibi oppidum fecit (sub clivo Capitolino, ubi nunc eius aedes videtur).	M. V. III 1, 2 (p. 153, 26—29 ed. Bod.) fugatus Saturnus Italiam petiit ibique a Iano, qui tunc regnabat, receptus, quem cum usum vinearum et falcis docuisset, in partem est admissus imperii sibique oppidum fecit.
Serv. A. VI 287 (p. 50, 25—51, 12) Ac belua Lernae hydram dicit, (serpentem inmanis magnitudinis,) quae fuit in Lerna Argivorum palude; sed latine excetra dicitur, quod uno caeso tria capita excrescebant. (cum saepe amputata triplarentur, admoto ab Hercule incendio consumpta narratur,	M. V. III 13, 4 (p. 248, 20—29 ed. Bod.) Fuit autem hydra secundum fabulam serpens in Lerna, Argivorum palude, cui uno caeso capite tria capita excrescebant. Unde et excetra a Latinis dicta est.

C) Macrobii[1]) a) commentariorum in Cic. Somn. Scip. l. II
b) Saturnaliorum l. VII.

D) Martiani Capellae de nuptiis Philologiae et Mercurii l. IX[2]).

E) Remigii a) commentarios in Mart. Cap.
b) commentarium in Prudentium
c) enarrationes in Psalmos.

De hoc facere non possumus quin paulo copiosius agamus. Remigius[3]) St. Germani Antessioduri monachus, quem circiter a. 841—908 p. Chr. n. fuisse constat, ab Eirico, viro doctissimo, litteris imbutus et post eius obitum magister evocatus liberalium artium studiis adulescentes exercuit ipseque cum iis lectioni ac meditationi sapientiae operam dedit. Ut praeceptor egregius discipulos clericos instituturus non paucos scriptores omnium saeculorum latinos commentariis uberrimis instruxit et explanavit. Commentatus est praeter alios Donatum, Priscianum, Phocam, Eutychem grammaticos; Bedae opus ‚de metrica arte', Terentium, Catonis disticha, Persium, Iuvenalem, Sedulium, Martianum Capellam, quae opera quod partim deperdita partim nondum e tenebris protracta sunt aegre ferimus. Sed non modo profanis sed etiam sacris scriptis explanandis Remigius operam impertivit conscribens, ut alia omittam, ‚ex-

---

cuius felle Hercules sagittas suas tinxisse dicitur.) sed constat hydram locum fuisse evomentem aquas vastantes vicinam civitatem, in quo uno meatu clauso multi erumpebant: quod Hercules videns loca ipsa exussit et sic aquae clausit meatus; nam hydra ab aqua dicta est. potuisse autem hoc fieri ille indicat locus, ubi dicit (omne per ignem) excoquitur vitium atque exudat inutilis umor. (et utrum hic distinctio plena sit, an 'horrendum stridens' inferioribus iungendum sit? stridere enim bene Chimaerae datur, quae et serpentes habet et flammas.)

Sed constat Hydram locum fuisse evomentem aquas vicinam vastantes civitatem, in quo uno meatu clauso multi erumpebant. Quod Hercules videns loca multa in circuitu exussit et sic aquae clausit meatus. Nam Hydra ab ὕδωρ, id est aqua, dicta est. Potuisse autem hoc fieri Virgilius indicat, ubi dicit: Excoquitur vitium, atque exsudat inutilis humor.

[1]) Opera iterum recogn. F. Eyssenhardt Lipsiae 1893.

[2]) Rec. F. Eyssenhardt Lipsiae 1866.

[3]) Cf. Manitius, Geschichte der lateinischen Literatur des Mittelalters p. 504—519.

positionem super Genesim' et ,enarrationes in Psalmos', quae typis impressae sunt in Migne: Patrologiae cursus tom. 131.

Albericus se Remigium exscribere saepius fatetur, saepius reticet. Plurima procul dubio debet Remigii commentario in Mart. Cap. De ratione, quae inter myth. et hunc fontem intercedit, Manitius (p. 514) haec dixisse satis habet: „Die Abhängigkeit des Albericus ist stellenweise eine so grosse, dass der Kommentar hier als hs. Grundlage dienen kann". — Huius quoque operis, ut iam diximus, tantummodo partes quaedam publici iuris factae sunt, de quibus conferas Manitium l. l. De libris manuscriptis disseruerunt F. Eyssenhardt ed. Mart. Cap. praef. p. 29—31 et Manitius p. 515. Nos contulimus cod. Vindob. 3222 = V (catalogi codd. Phil. Lat. Bibl. Pal. Vindob, quem digessit Stephanus Endlicher (Vindob. 1836) Nr. CCCXXX), de quo paucis disseramus:

Codex chartaceus saec. XVI foliorum 182 formae quartae continet:

I. fol. 1—5 Emanuelis Lusitaniae Regis Epistolam ad Iulium II.
II. fol. 11—34 Aethici Cosmographiam
III. fol. 35—72 Itinerarium Antonini
IV. fol. 76—206 Remigii Augusti Antisiodorensis Glossas in Marc. Cap. de N. Ph. et. M.

fol. 76 a legimus:

Ex Marc. Cap. collectura
ανεχου και απεχου
γνῶϑι σέ αὑτὸν.

fol. 77—111 a comm. in l. I
fol. 111 a—144 b (lacuna maior fol. 143 b) comm. in l. II
fol. 153—165 a comm. in l. VI (de geom.)
fol. 165 b—173 a „ „ l. VII (de arithm.)
fol. 174—182 b „ „ l. VIII (de astron.)
fol. 188—206 b „ „ l. IX (de mus.).

Desunt igitur plane commentarii in l. III—V, quam lacunam conferendo alterum codicem (Bernensem 331), de quo infra pluribus agemus, supplevimus. Scholia in l. I et II uberrima sunt, in l. VI—IX, quo magis ad finem progrediuntur, eo viliora et exiliora fiunt. Haec quoque Remigii adnotationes non sinceras praebere codice Bernensi collato nonnullis locis stabilire potui-

mus. Abest, ut exemplum gravius afferam, initium vel potius initia (nam inter se discrepant) exhibita codicibus Bernensi 331 et Vaticano Regin. lat. 1970 (Bull. di Bibl. et di Storia delle Scienze Mat. e Fis. XV p. 530 sq.) et Vaticano lat. 3428 (Bull. l. l. p. 532). Initium Vindobonensis hoc est: ‚tu quem psallentem thalamum quem marte camena. Introducitur hoc loco quidam Satira Marciani amica hos versus in honori himinii cicinisse qui fertur dius esse nupciarum vel naturalium concepcionum . . .'

finis: ‚sic felix falsus innuit falsa Capella
corpore qui meruit miseram nunc ducere vitam.
Marciani Minei Felicis Capelle Glossole in Musicam Composite A Domino Remigio Expliciunt. τελος'.

De codice altero a nobis collato Bernensi 331 = B haec dixisse satis erit: est codex membranaceus saec. XI foliorum 91 formae quartae continens:

Martiani Capellae: ‚de nuptiis Philologiae et Mercurii':
fol. 2 a—5 b, 8 a—17 b, 20 a l. I
fol. 20 b—34 a l. II
fol. 40 a—57 a, 58 a—63 a l. IV
fol. 80 a—91 b l. VII, qui hisce verbis interrumpitur: ‚rursus hos numeros eidem multiplicent fiunt bis quaterna octo'. (Mart. Cap. ed Eyss. p. 284, 13.)

Remigii commentarios in Mart. C. d. N. Ph. et M.
fol. 1 a—20 a l. I
fol. 20 b—37 b l. II
fol. 37 b—38 b l. III
fol. 39 a—58 b l. IV
fol. 59 a—70 a l. V
fol. 70 a—73 b l. VI
fol. 73 b—75 b l. VII
fol. 75 b—78 b l. VIII
fol. 78 b—79 a, 80 a—81 b l. IX.

In foliis, in quibus Capellae textus exstat, Remigii commentarii in marginibus additi sunt. Initium: ‚Titulus iste quattuor nomina dat auctori suo et Marcianus . . . (fol. I in margine deletum) Mineus dictus est ab habitu faciei i. e. a coloris qualitate. rubicundus enim erat sicut et . . . a cicere, genere leguminis vocatur'.

Praeter commentarium in Martianum Capellam compositum Albericus adhibuit, ut iam diximus, Remigii commentarium in Prudentium, quem publici iuris fecit: J. Burnam: commentaire anonyme sur Prudence d'après le manuscrit 413 de Valenciennes Paris 1910. Editor in praef. praeter alia haec adnotat:

‚Tout en réservant une discussion detaillée du manuscrit et de ses particularités, notons que ce livre a été copié sur un archétype en demionciale Hiberno-Saxonne ou insulaire par un scribe Bas-Allemand ou Néerlandais, et que l'ouvrage doit être attribué à Remi d'Auxerre'.

Hos quinque auctores Albericus in utroque opere conscribendo in suum usum convertit.

Nunc ad fontes secundarios,
quibus tantummodo quasi in transitu usus est, enumerandos transimus. Hi sunt:

A) Ciceronis de natura deorum libri [1]), e quibus mythographus nihil nisi interpretationes nominum singulorum numinum mutuatus est.

B) Hygini Astronomica [2]).

C) Platonis Timaeus Interprete Chalcidio cum eiusdem commentario [3]).

D) Rufini [4]) historia monachorum vel h. eremitica vel ‚vitae patrum', vulgo sub Hieronymi nomine editae. Albericus quoque Hieronymi, non Rufini nomen appellat.

E) Isidori etymologiarum sive Originum l. XX [5]).

Isidorus cum Servii commentarios non mediocriter expilarit, saepenumero cum Alberico congruit; sed his locis, quibus omnes tres conspirant, mythographum, qui Servium saepissime commemorat, Isidorum plane silentio praeterit, non hunc, sed

[1]) M. Tulli Ciceronis: Paradoxa Stoicorum. Academicorum Reliquiae Cum Lucullo. Timaeus. De Natura Deorum. De Divinatione. De Fato ed. O. Plasberg Fasc. II (de nat. d.) Lips. 1911.

[2]) Ed. B. Bunte Lipsiae 1875.

[3]) Ed. Io. Wrobel Lipsiae 1876.

[4]) Opera ed. Dom. Vallarsi Tom. I Veronae 1745.
ed. repet. ap. Migne Patrol. Lat. curs. tom. XXI Paris 1849.

[5]) Ed. W. M. Lindsay Oxonii 1912.

illum sequi verisimillimum esse nemo negabit. Rari loci sunt, quibus Albericus cum Isidoro solo consentiat. Qui cum non verbo tenus exscripti sint, sed tantummodo satis magnam similitudinem praebeant, utrum mythographus Isidorum an alium fontem ad hoc tempus latentem ad manus habuerit, nobis in medio est relinquendum.

F) scholia Statiana[1].

G) scholia Horatiana[2].

Albericus eo scholiorum corpore videtur usus esse, quod Pseudoacronis vocare consuevimus.

H) scholia Persiana[3].

I) scholia Lucani[4].

Quamvis congeries scholiorum a F. Weber collata varii ordinis sit et multis mendis scateat, tamen facere non possumus quin haec scholia adhibeamus, cum in iis hic vel illic frustula et vestigia bonae atque rarae memoriae, quae in recentioribus editionibus e diversis etsi optimis codicibus petitis desiderantur, esse conservata conferendo cognoverimus.

L) Poetae a) Vergilius (Aen.)
b) Horatius (carm.)
c) Ovidius (fast. et metam.)
d) Lucanus
e) Statius (Theb.)
f) Iuvenalis[5].

M) Mythographus Vaticanus I.

Nimirum saepius loci plane congruentes vel similes inveniuntur, sed Albericum non mythographum V. I adisse, sed fontes eius inde apparet, quod non raro hos scriptores, quos ille

---

[1]) Lactantii Placidi qui dicitur comm. in Statii Theb. et comm. i. Ach. rec. R. Iahnke Lipsiae 1898.

[2]) Pseudoacronis scholia in Hor. vetustiora rec. O. Keller I, II Lipsiae 1902.

[3]) Auli Persii Flacci Satirarum liber cum scholiis antiquis ed. O. Iahn Lipsiae 1843.

[4]) Lucani Pharsalia vol. III continens scholiastas ed. C. F. Weber Lipsiae 1831.

[5]) Scholia ad Iuvenalis satiras confecta perlustrantes nullum locum deteximus, qui tam insignem alicuius Alberici loci similitudinem prae se ferat, ut mythographum hos commentarios ad manus habuisse colligi possit.

nomine omisso expilavit[1]), nominatim appellat. Duobus tantum locis artiorem esse rationem statuere potuimus:

[1]) Etiam quasdam rationes inter mythographos Vat. I et II — et Remigium, quem R. Schulz l. l. p. 64 et F. Keseling l. l. p. 90 plane neglexerunt, intercedere nos detexisse putamus: cf.:

M. Vat. I f. 130 (p. 41, 35 — 42, 16)

Phorcus tres habuit filias, Stheno, Euryalen, Medusam, quae uno contuebantur oculo et contuentes in lapidem convertebant; unde et Gorgones dictae a terrore: γοργώ namque Graece terror dicitur. Contra quas missus est Perseus cum crystallino clipeo et harpe, quod est genus falcati teli; et adiutorio Minervae eas interfecit. Re vera tres fuerunt sorores unius pulchritudinis; unde fictum est, ut uno intuerentur oculo. Fuerunt autem locupletissimae; unde et Gorgones quasi georgicae id est quasi terrae cultrices: γῆ enim Graece, Latine terra; γεωργία dicitur cultura. Mortuo patre Medusa maior filia in regnum successit, quam Perseus, rex Asiae, interfecit, et eius regnum abstulit. Veritas tamen hoc modo se habet. Gorgon terror interpretatur, Stheno debilitas, Euryale lata profunditas, Medusa amentia vel oblivio. Haec autem omnia in

Rem. comm. i. Mart. Cap. V fol. 122 b v. 23 — f. 123 a v. 19

Est autem fabula: Forcus tres filias habuit, Stenno Euriale (*corr.* : Eurialen) et Medusam quae uno oculo utebantur et intuentes se in lapidem converterunt. unde et Gorgones a terrore dictae sunt. Gorgo namque terror dicitur: contra quas missus est Perseus cum cristallino clipeo et arpen (*corr.*: arpe) quod est genus teli fulcati (*corr.*: falcati). Et adiutorio Minervae eas interfecit. Revera autem tres fuerunt sorores unius pulchritudinis, unde fictum est quod uno oculo uterentur. fuerunt autem locupletissimae; unde autem Gorgones dictae quasi georges i. e. terrae cultrices. Ge enim grece terra, orgia cultura. Mortuo patre Medusa maior filia ei in regnum successit quam Perseus rex Asiae interfecit et eius regnum abstulit. Secundum Fulgentii theologiam huius fabula talis est. Gorgo, ut diximus, terror interpretatur. tres autem sunt effectus

M. V. II f. 112 (p. 112, 30—33.)

Fuerunt autem locupletes nimis, unde Gorgonae dicuntur, quasi terrae cultrices: γῆ enim terra, ἐργασία cultura dicitur. Sed mortuo patre Medusa in regnum eius successit.

II 113 (p. 113, 16 sq.)

Veritas autem ex integro sic se habet . . .

Myth. Vat. III 4, 8 (p. 169, 2—3, 5—6 ed. Bod.) = M. V. I fab. 16 (p. 5 v. 16, 18).

M. V. III 6, 23 (p. 187, 37—38) cf. M. V. I 110 (p. 35, 25—26). (vide infra adnotationes nostras).

Quos fontes secundarios universos Albericus nisi in maiore opere in suum usum non convertit; in minore neglectos invenimus: 1. Ciceronem, 2. Hyginum, 3. Chalcidium, 4. Rufinum, 5. scholia Horatiana, 6. Myth. Vat. primum.

---

hominibus terrorem operantur.	terroris, qui per nomina harum significantur. Stenno namque debilitas, Euriale lata profunditas, stuporalis amentia, Medusa oblivio interpretatur. haec omnia in hominibus terror operatur. (*corr.*: terrorem operantur.)	Stheno debilitas, Euryale lata profunditas, Medusa oblivio. Haec omnia terrorem faciunt in hominibus . . .
Perseus autem in figura virtutis ponitur,	Perseus autem in figura virtutis ponitur.	Perseus enim Graece virtus dicitur.
qui Gorgonem auxilio Minervae interfecit; quia virtus sapientiae omnes vincit terrores. De sanguine autem Gorgonis natus est Pegasus, qui fama interpretatur; et pede suo fontem Castaliae sive Pegaseum produxit;	qui Gorgonem cum adiutorio Minervae interficit, quia virtus auxilio sapientiae omnes terrores vincit. De sanguine autem natus est equus Pegasus, qui pede suo fontem Castalium sive Pegaseum traduxit.	Gorgonam cum auxilio Minervae interfecit, quia virtus auxiliatrice sapientia omnes terrores vincit . . . De cuius semine natus est Pegasus.
quia virtus omnia superans bonam sibi acquirit famam. Finguntur autem poetae de illo potare fonte, quia poeticis figmentis maxime fama iuvatur. Notandum est vero, quod Pegasus equus fuit Neptuni.	Interpretatur autem Pegasus fama, quia virtus superans omnia famam sibi conquirit. Fingunt (*corr.* Finguntur) autem poetae de illo fonte potare, quia poeticis figmentis maxime fama iuvatur. Notandum vero quod Pegasus equus Neptuni dictus est . . .	Pegasus enim fama dicitur, quia omnia virtus superans famam sibi quaerit. De Pegaseo fonte potant poetae . . .

Rationem vero qua mythographi Vaticani I et II Remigio usi sint alia occasione accuratius exponam.

Postquam quorum vestigia Albericus in operibus suis presserit cognovimus, relinquitur ut breviter disseramus, quae mythographum ipsum ex suo ingenio addidisse arbitremur. Qua in re auctor multo pluris mythographis Vaticanis I et II aestimandus est. Illi nisi singulas veterum fabulas et fabulosas explanationes non expilaverunt, Albericus nonnumquam ad hanc vel illam fabulam ex suo ingenio interpretationem sive rationalem sive moralem addidit. Quin etiam etymologias quasdam fingere non veretur; ut exemplum afferam: III 5, 1 (p. 171, 25—26 ed. Bod.) Tritonum nomen verbis ‚quod aquae terras terunt' explicat. Maxima autem libertate Albericus in rebus theologicis suas sententias formulasque profert. (cf. III 6, 15).

Denique tempus esse videtur, ut qua aetate Albericus floruerit quaeramus. Alterum terminum ante quem praebet codex Vaticanus Reginensis, cuius scripturam formam saeculi XII prae se ferre Maius (praef. p. V) dixit. Terminus post quem e fontibus colligitur. Cum nullum scriptorem a mythographo adhibitum Remigio Antissiodorensi, quem exeunte saec. IX et ineunte X floruisse constat, inferiorem inveniri evicerimus, Albericum scriptoribus saeculi X vel XI esse accensendum opinantes non nimis a vero aberrabimus. — Quibus praemissis iam opera Alberici ad fontes referamus.

Pars I.

De Alberici libri, qui dicitur ‚Myth. Vat. III', fontibus.

Mythographi Vat. III non praebemus textum ab Henrico Bodio receptum, sed textum cum e fontibus tum e codice Vratislaviensi = Vr[1]), qui cum codd. LMN (Bod. adnot. p. 4) saepissime congruit (VrLMN = ω) emendatum.

p. 152 v. 3 **Prooemium.**

Alb. prooem. p. 152, v. 4—16 e Fuit in Aegypto . . . coepit diffundi.	Fulg. mit. I 1 (p. 15, 21—16, 4, 12—14, 17—17, 3, 6—8).

---

[1]) De quo rettulit Schneider: ind. lect. in Univ. Vratisl. per aestatem 1834 instituendarum.

p. 152 v. 4 sq. Albericus Fulgentii fabulam idolorum multo brevius in prooemio reddidit, sed omnia quae omisit ad fabulae sententiam intellegendam non sunt necessaria. Fontis tumorem verborum evitavit, qua re omnia allata facilius intellegi nemo negabit. cf.

Alb. v. 4: ditissimus = F.: ‚familia substantiaque locuples'.

v. 5: immodice diligebat = F.: ineffabili ultra quam paternitas exigebat affectu . . . deditum.

v. 13: a domino = F.: domini furiam evitantes.

v. 13: veneratique sunt = F.: florum atque turis offerebant munuscula.

v. 15: error humanus = F.: error humanus pedetemtim consertus discipulis.

v. 16: coepit diffundi = F.: baratro quodam scevae credulitatis prolabitur.

v. 6. ‚prae nimio dilectionis affectu' Alb. ex suo ingenio adiecit.

v. 9. ‚post v. εἴδωλον deest interpretatio Graeca a Fulg. allata ‚id est idos dolu'.

v. 13. ‚illud', quod myth. pro Fulg. verbis ‚quasi salutis certissimo

p. 152 v. 16—18 Nec tamen . . . censuerunt.		ipse addidit.
v. 18—153, 3 Nam philosophi . . . nomen accipit.	e	Rem. comm. i. Mart. Cap. V fol. 96 b v. 29 sq.
p. 153, 3—8 Sive ab agendo . . . a libertate data.	e	Serv. A. IV 638 (p. 574, 27—575, 4.
v. 8—12 Et Varro . . . censetur vocabulis.	e	Rem. comm. i. M. C. V fol. 97 a usque ad v. 7.
v. 12—16		ipse addidit.

p. 153, 17 **I. Saturnus.**

I 1 p. 153, 18 Primum deorum Saturnum ponunt.	e	Macr. Sat. I 7, 14 (p. 30, 26 E.).
v. 18—19 Hunc maestum senem.	e	Mart. Cap. I § 4 (p. 3, 3—4).
v. 19 canum . . . habentem.	e	Mart. Cap. I § 70 (p. 21, 11, 14).

---

conlatori' posuit, revocandum est ad verba antea allata ,veniam a domino adepti sunt'.

v. 13. ,magis timoris'. Lectionem Fulg. editionis ab Helmio curatae ,timoris potius' habent Alberici codd. M (Bod. p. 110) et Vr.

v. 14. verbis ,timoris affectu quam amoris' Alb. Fulg. narrationem ,timoris effectu quam amoris affectu' contraxit.

v. 16. verba ,in idolorum cultu' haud dubie ad Fulg. l. I c. I titulum (p. 15, 20) ,unde idolum' spectant. Alb. accuratius Fulgentio pro ,idolum' ,idolorum cultus' posuit.

p. 152 v. 18—20. ,quorum . . . auctoritas' et v. 25 ,sive Iuppiter' myth. inseruit.

v. 26. Alb. ,eiusdem dei tamquam plurimorum'. Rem. V et B: ,deorum'.

v. 31. Alb. ,deus unus et idem'. Rem. V ,simul unus et idem'; B: ,verum (vel deus *suprascr.*) u. e. i.'.

v. 32—34. fluxerunt e Serv. A. IV 638 (p. 575, 6—7).

p. 153 v. 3. ,ab agendo' = Serv. ,cum in actu sunt'. ,Stoicorum dogma tradentem' fluxerunt e Serv. verbis praecedentibus (25—27) ,et sciendum Stoicos dicere unum esse deum' . . .

v. 9. post v. ,unus idemque' in Rem. V et B desiderantur verba ,sit homo'.

v. 19. Alb. ,canum' pro Martiani ,canities . . . candicabat'.

v. 20 e filiorum suorum voratorem.	Serv. A. III 104 (p. 359, 25—26).
v. 20 e falcem ferentem.	Fulg. mit. I 2 (p. 17, 11).
v. 20—22 e draconem . . . tenentem inducunt.	Mart. Cap. I 70 (p. 21, 11—13).
v. 22—23 De his . . . sentiunt.	ipse add.
I 2 p. 153 v. 24—29 cf. Historia . . . oppidum fecit.	Serv. A. VIII 319 (p. 245, 14—18).
v. 29—31 e Hic itaque . . . appellari.	Fulg. mit. I 2 (p. 17, 14—16).
I 3 p. 153 v. 32—33 cf. Hunc ergo maestum . . . extrusum.	Rem. comm. i. Mart. Cap. fol. 78 a v. 37 sq. Mestissimus autem fingitur, quia pulsus regno et castratus a filio . . .
v. 33—36 cf. Mathematici . . . denuntiat.	Iuv. sat. VI 569/70.
v. 36—40 e Illa enim . . . apportat.	Serv. Ge. I 336 (p. 201, 19—22).
v. 40—41 e Addunt . . . tardissimum sit.	Rem. comm. i. M. C. V fol. 78 a v. 37 sq.
v. 41—154, 3 e Quum enim . . . consumit.	Macr. So. Scip. I 19, 3—5 (p. 559, 4—14, 17—18) et II 11, 6—7 (p. 621, 6—17).
I 4 p. 154, 4—12) cf. Senem eum . . . uredinem creat.	Rem. comm. i. M. C. V fol. 78 a v. 39—42, fol. 85 a v. 24—25.

---

v. 24 sq. Nonnulla videntur originem ducere e Serv. A. IX 561 (p. 357, 17—19).

v. 29. verba ‚in agricultura magnum impendens exercitium‘ Alb. ex suo ingenio inseruit.

v. 32 sq. Alb. Remigii sententiam alteram ‚castratus a filio‘ neglexit et pro ea inseruit e Serv. A. VIII 319 (p. 245, 14—15): ‚bello victum‘.

v. 40. ‚in aliis . . . apportat‘ myth. ipse add.

v. 41 sq. Alb. Macrobianas descriptiones cursus planetarum largiores coartavit et contraxit.

p. 154 v. 2—3. cf. So. Scip. I 19, 16 (p. 561, 23—25).

v. 4—5. ‚sicut senex . . . laborat‘ pro Remigii verbis simplicibus: ‚nam

p. 154 v. 13—15 Sunt tamen . . . enecet.	cf.	Lucan. Phars. I 651/52. Lucan. comm. Bern. I 651 (ed. Us. p. 43) schol. Luc. I 650 (ed. Web. p. 101).
v. 15—17 Mortui vero . . . vicinos.		ipse add.
v. 17—27 Frigidus tamen . . . annis singulis.	cf.	Serv. Ge. I 336 (p. 201, 15—21).
v. 27—28 Propterea . . . non dubitetur.	cf.	Rem. comm. i. M. C. V fol. 103 a v. 12—14.
v. 28—31 Caput tectum . . . stella eius.	cf.	Rem. comm. i. M. C. V fol. 102 b v. 35—36.

---

senes frigent'. — ,sicut senum est ut calore iuventutis destituti frigiditate laborent, LNVr. quae lectio praeferenda est propter parenthesin seq. (cf. Bod. adn. p. 111).

v. 5—6. verba uncis inclusa ,minuitur . . . tremunt' fluxisse videntur e Serv. A. II 639 (p. 313, 7—8).

v. 7—8. ,a quo omnis calor procedit' Alb. addidit.

v. 9 sq. Eandem sententiam Alb. in eodem capite paulo infra v. 24 sq. repetit, qua re mythographum fontes suos sine magna cogitatione exscripsisse cognoscimus. Is, qui accuratius hos versus (v. 9—12) et antecedentes (v. 7—9) perlegerit, nobis hos universos speciem unius fontis prae se ferre concedet. Itaque, cum priores versus Remigio deberi statuerimus, posteriores quoque, quamquam et in Vindob. et in Bern. desiderantur, ex hoc fonte fluxisse opinabimur.

v. 13. ,umbra sua' Maius; ,sua substantia' VrLH.; quam genuinam iudico lectionem (Bod. adn. p. 112).

v. 15 sq. verba tam vulgaria sunt, ut nemo Albericum hoc scire non potuisse obiecturus sit.

v. 23—24. ,frigiditate . . . abundant senes' verbis Albericum Servii verba minus idonea ,senes . . . novimus esse gelidos' interpretari verisimile est.

v. 24/25. Saturnum capricorno et aquario praeesse myth. comperit e Macr. So. Scip. I 21, 24—26.

v. 25—27. ,frigus nobis . . . singulis' fluxisse videntur e commentariis ad Horatii versum ap. Serv. hoc loco commemoratum additis: cf. Porphyr. schol. antiqua (rec. Holder Ad Aeni pontem 1894) ad carm. II 17, 19—20; ad serm. I 1, 36. Pseudacron. schol. (rec. O. Keller Lips. 1902/4) ad carm. II 17, 20; serm. I 1, 36.

v. 29—30. ,ut tamquam senex . . . admonere putetur' ap. Rem. desiderantur, ingenio Alberici tribuenda sunt.

I 5 p. 154 v. 32—34 e Ut autem . . . tempus appellant.	Rem. comm. i. M. C. V fol. 103 a v. 3—4.
v. 34—36 Hinc et nonnulli . . . principium.	Unde hoc fluxerit in medio nobis relinquendum est.
v. 36—38 e Ideo a filio . . . pellat.	Macr. Sat. I 8, 11 (p. 39, 13—14).
v. 38—41 e Sed et Tex . . . consumens interpretatur.	Rem. comm. i. M. C. V fol. 103 a v. 8—12.
v. 42—43 e unde et filios . . . genita consumit.	Fulg. mit. I 2 (p. 18, 1—2).
v. 43—44 e Omnia namque . . . senescunt.	Chalcid. 155 (p. 211, 20—21).
I 6 p. 154 v. 45—155, 3 cf. Falcem fert . . . in se recurrunt.	Fulg. mit. I 2 (p. 18, 2—4).

v. 34 sq. Hic habes doctrinam Stoicam: Saturnus=Aeon=aeternitas; cf. Apuleium de mundo 37 cum adnot. Hildebrandi (ed. Apul. Lips. 1842). Capite tecto Saturni epitheton Homericum et Hesiodeum ἀγκυλομήτης significatur. Vide Roscheri lex. myth. s. v. Kronos col. 1559 sq.

v. 40. ‚ut probant computistae' Alb. inseruit.

v. 42 sq. codd. LN (Bod. adn. p. 112) praebent: ‚comedisse', cod L quodcumque', codd. LN om. ‚genita'; quas lectiones Fulg. habet.

v. 43 sq. Quae doctrina apud varios scriptores invenitur. Fons principalis est Sallust. Iug. II 3. Ex illo hauserunt: Philarg. expl. i. Verg. ecl. VI 31 (p. 111, 5—7), apud quem legimus: ‚omnia acta occidunt et orta senescunt', Dan. Serv. Ge. II 336 (p. 248, 3—4), comm. Lucan. I 81 (p. 17, 9—10 ed. Us.). Cf. Aug. confess. IV 10. — Quibus e multis fontibus cognosci potest hanc Epicureorum doctrinam tam vulgarem fuisse, ut fontem myth. nostri pro certo proferre paene irritum sit. Cum autem, si singulos fontes consideramus, Chalcidius maximam verisimilitudinem praebeat, locum huic tribuimus.

v. 45 sq. Fulgentii locum, quamvis paucissima ex eo fluxerint, tamen primum posuimus, cum Alb. ei fundamentum (ut ita dicamus) compositionis suae: ‚falcem fert' debeat. Quod ad Alberici primam probationem ‚quod fructus, quos tempus producit, falce metuntur' attinet, eam esse revocandam existimo ad Fulg. mit. II 1 (p. 40, 1); altera fluxit e Serv. A. VIII 319 (p. 245, 16—17); tertia, in quam e priore Fulg. loco illud ‚curvamen falcium' est insertum, reperitur apud Serv. Ge. II 406 (p. 256, 4—5).

v. 3—9 e Qua et ipsa . . . cuncta consumit.	Rem. comm. i. M. C. V fol. 103 a v. 1—3, 4—8. B fol. 17 a v. 44 sq.
v. 9—12 e Sunt praeterea . . . secat.	Serv. Ge. II 406 (p. 256, 6—9).
v. 12—14 e Propterea etiam . . . umbraculo.	Fulg. mit. I 2 (p. 17, 20—18, 1).
I 7 p. 155 v. 15—16 e Habent quoque . . . iecisse.	Macr. Sat. I 8, 6 (p. 38, 12—13).
v. 16—17 e et ex ipsorum . . . natam esse.	Serv. A. V 801 (p. 650, 1—2).
v. 17—21 cf. vel ipsum . . . designant.	Fulg. mit. I 2 (p. 18, 4—7).
v. 22—24 cf. qui videlicet . . . apti nascuntur.	Macr. Sat. I 8, 8 (p. 38, 23—39, 1).
v. 24—27 cf. Hos fructus . . . Venus.	Fulg. mit. II 1 (p. 39, 18—20, p. 40, 1—5).

---

p. 155 v. 10. ‚cum retrogr. est, esse periculosum' recte VrLM. (Bod. p. 112).

v. 14. ‚quos tempora proferunt' Albericum ipsum adiecisse est perspicuum. Fluxisse nobis videntur ex illis verbis, quae myth. in capite sequenti septimo (p. 155, 20—21) affert: ‚fructus naturales, quos tempora producunt'.

v. 17. Alb. accuratius Fulgentio scribit ‚a filio castratus'; quae, ut opinor, fluxerunt e Rem. comm. in M. Cap., ubi legimus (V fol. 78 a v. 37—38): ‚Mestissimus autem (Saturnus) fingitur, quia pulsus regno et castratus a filio'.

v. 18/19. Albericum, quae de Veneris ortu narrat, aliis vocabulis, ut iterationem vitaret (brevi ante e Macrobio et Servio hauriens verba Fulgentiana ‚iacere, natum esse' posuerat), e Fulgentio esse mutuatum nemo est qui non videat.

v. 20/21. verbis ‚testiculique utriuslibet abscissi fructus naturales, quos tempora producunt, designant' Alb. mutavit et suo ingenio explanavit Fulgentiana (p. 39, 21—40, 1): ‚Saturnus Grece Cronos dicitur; chronos enim Grece tempus vocatur. Abscisae ergo vires temporis, id est fructus'.

v. 24. ‚hos fructus messos' Alb. ex supra commemoratis adiecit, ut hanc posteriorem partem, cum interea aliunde nonnulla interposuisset, cum superiore coniungeret.

v. 25. Alb. ‚creare necesse est'. Fulg. ‚gignant necesse est'. Oculum describentis aberrasse opinor; nam infra apud Fulgentium scriptum videmus ‚libidinem creat'.

v. 27—29 e Physici . . . penitus crearetur.	Serv. Ge. II 406 (p. 256, 3—4).
v. 29—30 e Ut enim . . . physici volunt.	Rem. comm. i. M. C. V fol. 87 b (fab. de Adonide et Venere v. 21—30).
v. 30—36 e Alii vero . . . gaudet.	Serv. A. V 801 (p. 650, 3—7).
v. 36—39 e Addunt etiam . . . derelinquit.	Rem. comm. i. M. C. V fol. 94 a v. 7—10.
I 8 p. 155 v. 40—43 e Ut autem . . . rev. videtur.	Rem. comm. i. M. C. V fol. 103 a v. 14—15.
v. 43—156, 5 e Fingitur etiam . . . vocatur.	Rem. comm. i. M. C. V fol. 141 b v. 25—32.
p. 156, v. 5—8 e Denique, ne . . . in aeternum.	Serv. A. III 104 (p. 360, 3—5).
v. 8—11 e Ideo etiam . . . alligetur.	Cic. de n. d. II 25 (p. 289, 5—6, 8—9).
I 9 p. 156 v. 12—14 e Porro Saturnum . . . humanitatem.	Fulg. mit. I 2 (p. 17, 17—19).
v. 14—24 cf. Eo enim . . . fingitur fulminasse.	Verg. A. VIII 319—27 et Serv. A. IX 561 (p. 357, 15—19).

v. 28. ‚penitus' Alb. suo iure ad versus praecedentes annectens addidit.

v. 29. ‚ut in sequ. audies': p. 238, 44.

v. 32. post verb. ‚debilitantur' deest Serv. enuntiatum ‚qui . . . non geritur'.

v. 34. ‚quod tradit physica' = Serv. ‚quia dicunt physici'.

v. 37. Alb. ‚velut spuma'; Rem. ‚instar spumi'.

v. 38. Alb. recte ‚stimulum'; Rem. ‚vinculum', quod emendandum est.

p. 156 v. 3. ‚ut diximus': p. 153, 33 sq.

v. 7. ‚temporum' pro Servii ‚aeternitatis et saeculorum' Albericum scripsisse opinor memoria tenentem Serv. Ge. II 406 (p. 256, 4—5).

v. 10—11. Alb. ‚per quas (stellas) disponitur tempus' non incongrue inseruit.

v. 12. ‚Polluris' praebent VrHN (cf. Bod. p. 113). ‚Polluris' e ‚Telluris' corruptum est; cf. Rosch. lex. mythol. s. v. Kronos II 1469 sq. (v. R. Schulz l. l. p. 63).

v. 14 sq. Alb. commutationem aetatum a Vergilio brevius enarratam non incongrue explanat.

v. 21. ‚substantiis' pro ‚subditis' recte LN (Bod. p. 113). ‚in terreis subst.' Vr.

I 10 p. 156 v. 25—34 e Nam de iis . . . habuisse serpentes.	Serv. A. III 579 (p. 440, 5—10).
v. 34—39 e Quod vero . . . procreari.	Serv. A. VIII 315 (p. 244, 20—23).
v. 39—43 e Praeterea . . . existimabant.	schol. Theb. IV 276 (p. 212, 9—12).
I 11 p. 156 v. 44—157, 14 e Inde est, quod . . . existimantur.	schol. Theb. IV 275 (p. 211, 15—212, 7).

II. Cybele.

II 1 p. 157 v. 15—18 cf. Uxor Saturno . . . Rhea sonat.	Serv. A. XI 532 (p. 542, 13—14) et Fulg. mit. III 5 (p. 64, 15—16, 65, 11).
v. 18—20 cf. Hoc autem nomen . . . opitulata est.	Fulg. mit. I 2 (p. 17, 16—17).

---

v. 27. apte ‚tempore diluvii' pro Servii ‚in diluvio'.

v. 32. ‚pro serpentina calliditate, (per serpentinam calliditatem Vr.) quam habebant' Albericum ipsum inseruisse est verisimile.

v. 32/33. Serv. ‚de humillimis ad summa'.

v. 34. Alb. simpliciter ‚saxis' pro poetico ‚duro robore'.

v. 36. ‚fictum est' ω sine ‚sic'.

v. 41. ‚montium'; ‚cautium' praebent VrLN schol. Th.

v. 42. Alb. recte ‚arb. vel sax. fetus'; schol. Theb. ‚arb. filios'.

v. 45. ‚quia' om. ω; v. 46 ‚quia nec' ω.

p. 157 v. 2—14. paene verbo tenus congruunt cum sch. Th. v. 16—5.

v. 6. ‚autem' pro ‚vero' ω. — ‚vere' HMVr recte offerunt (Bod. p. 114). ‚here' sch. Th. cf. annot. Iahnkii.

v. 12. desideratur ad ablativos ‚veteribus incolis' verbum ‚pulsis'.

v. 44—p. 147 v. 1. fluxerunt e Stat. Theb. IV 275 et Ovidii versibus (fast. II 289 sq.) a Lact. v. 5—7 commemoratis. Albericum versibus 45—p. 147, 1 verba poetica ex suo ingenio explanasse verisimile est.

v. 18 sq. Hic Albericum non solum Fulg. adisse, sed etiam alterum fontem inspexisse intellegitur, si conferimus: Macr. Sat. I 10, 20 (p. 46, 14—17): ‚. . . nonnullis persuasum esse . . . terram Opem . . . ab opere, per quod fructus frugesque nascuntur'. — ‚frugum largitio' circumlocutio poëtica simplicis narrationis Macrobii est.

v. 20—27 e Berecynthiam . . . indigentes appellantur.	Fulg. mit. III 5 (p. 64, 14—17, 19—22).
v. 27—33 e Remigius . . . discurrunt.	Rem. comm. i. M. C. V fol. 134 a v. 7—11.
v. 33—39 e Sunt enim . . . de his alibi.	Serv. A. VIII 275 (p. 235, 19, 23—26).
II 2 p. 157 v. 40—158, 9 e Berecynthiam . . . est potentia.	Fulg. mit. III 5 (p. 64, 22—65, 4, 10—66, 1).
p. 158, 9—17 e Haec Attin . . . non novit.	Fulg. mit. III 5 (p. 64, 10—13, 66, 9—17).

---

v. 23—25. Alberico Fulg. exscribenti sententiae aliter erant ponendae, cum nonnulla, quae Fulg. antea attulit ‚ideo et demonia nuncupant . . . alios deos‘ omisisset. Probationes cur dii demones dicti sint sententiae primae ‚demones dicti sunt‘ postposuit.

v. 24. ‚multos‘ Alb. pro Fulg. ‚populos‘ (= δῆμον) inepte scripsit. Numerus in hac interpretatione nullius est momenti.

v. 38/39. ‚de homine . . . alibi‘ Alb. apposuit.

p. 158 v. 1. deest interpretatio Fulg. Graeca nominis ‚Cybele‘: „quasi cidos bebeon“.

v. 2. Alb. omisit Homeri versum a Fulg. memoratum. Quibus exemplis Albericum Graecae linguae prope ignarum (ut caute dicamus, nam saepissime singula Graeca vocabula significationemque latinam commemorat) fuisse perspici potest, quod non mirum videbitur consideranti Albericum post Remigii aetatem (vid. p. 11) floruisse.

v. 3. ‚cum turrita corona‘ pro Fulg. ‚turrita‘. Quod vocabulum ‚corona‘ originem ducit e Serv. A. III 113 (p. 363, 22—23) ‚quod autem turritam gestat coronam, ostendit superpositas terrae esse civitates‘, quem ipsum locum Alb. affert in sequenti cap. III (Bod. p. 158, 43—44).

v. 4/5. ‚leonibus currum trahentibus utitur‘; myth. sine cogitatione Fulg. verba ‚leonum curru praesidens‘ mutasse videtur. Fulg. consulto ‚curru praesidens‘ scripsit, quibus verbis respondent ‚virtuti dominatur‘. Apud mythographum haec difficilis est intellectu responsio, cum verba aliter ac Fulg. ponat utramque sententiam primariam et secundariam in singulas contrahens.

v. 6. ‚donatur‘ mendosum est. ‚dominatur‘ recte VrLNH (Bod. p. 114).

v. 9. ‚divitum autem‘ habent codd. LN (Bod. p. 114) et Vr.

v. 11. Alb. suo iure breviter ‚castravit‘ pro Fulg. ‚castrando semimasculum fecit‘. — ‚maximarum familiarum suarum‘ Alb. ipse adiecit; quae lectio sensu caret. Rectum: ‚maximorum fam. suorum‘ praebent LMN (Bod. p. 114).

v. 13. ‚amputat‘; cod. M et Fulg. ‚amputet‘, quod quin rectius sit nemo dubitabit; nam potentiae gloriosae non potestas amputandi id quod odit, sed tantum voluntas.

II 3 p. 158 v. 18—25 e De eadem vero Ope . . . vestitur.	Rem. comm. i. M. C. V fol. 103 a v. 16—19, 21—24, 27—28.
v. 25—30 e Haec et Cybele . . . commemorant.	Rem. comm. i. M. C. V fol. 78 a v. 42—b v. 4.
v. 30—36 e Idem de ea . . . clauditur hiemali.	Serv. A. X 252 (p. 419, 10—14).
v. 36—44 e Haec leonibus fertur . . . constat.	Serv. A. III 113 p. 363, 17—24).
II 4 p. 158 v. 45—159, 5 e De eo autem . . . dicit interpretari.	Rem. comm. i. M. C. V fol. 140 b v. 33—37.
p. 159 v. 5—7 e Dantur Opi . . . circumvallatur.	Rem. comm. i. M. C. V fol. 136 b v. 32—34.
v. 7—8 e Cymbala . . . similia sunt.	Serv. Ge. IV 64 (p. 325, 14—15).
v. 8—10 e Vestam . . . ignem excudi.	Rem. comm. i. M. C. V fol. 103 a v. 31 sq.
II 5 p. 159 v. 11—12 Quia vero . . . sermo procedat.	ipse addidit.
v. 12—16 e Hanc Iovis esse nutricem . . . ignem nutriri.	Rem. comm. i. M. C. V fol. 103 b usque ad v. 4.

---

v. 22—23. Alb. simpliciter ‚vestem habet discolorem gemmis et metallis ornatam', cum Rem. dicat: ‚vestem discolorem . . . in qua totus gemmarum census et metallorum'.

v. 28. Alb. interpretationem Cybelis nominis Graecam omisit.

v. 37—38. ‚omnis . . . subiugata est' inserta sunt e Serv. A. X 253 (p. 419, 17—18).

v. 39. ‚terra in aëre pendeat' recte LNVr (cf. Bod. p. 115).

v. 46—2. verba ab Alberico Remigio tributa: ‚Atis flos interpretatur . . . florum est' et in Vindob. et in Bern. desiderantur. Attamen illa e Remigio fluxisse mihi probatur, cum neutrum codicem Remigii adnotationes integras continere variis locis intellegi possit.

p. 159 v. 6—7. Alb. ‚duobus caeli hemisph. circumvallatur'; Rem. ‚duobus modis h. caeli vallatur'.

v. 14—16. Alb. inseruit post v. ‚terreno igni': ‚qui per Vestam', post adiectivum ‚caelestem': ‚qui per Iovem intellegitur'.

v. 16—24 cf.	Ov. fast. VI 295—304.
Ut autem dea ignis . . . effigiem.	
v. 24—29 cf.	Serv. A. I 292 (p. 107, 12—14).
sed et ideo . . . invocabatur.	
v. 29—30	ipse addidit.
Hinc et futim . . . reor addixisse.	
v. 30—35 e	Serv. A. XI 339 (p. 520, 11—15).
Est autem futis . . . effunderet.	
v. 35—37	ipse addidit.
et ipsum . . . esse cessandum.	
II 6 p. 159 v. 38—45 ex	Ov. fast. VI 267—70, 279—82, 299.
Eandem tamen Vestam . . . contendunt.	
v. 45—160, 2 e	Cic. d. n. d. II 27 (p. 291, 15—16).
Secundum Tullium . . . pertinet.	
p. 160 v. 2—7 e	Serv. Ge. I 498 (p. 215, 2—5).
Verum denique . . . palatia servas.	
v. 7—11 e	Serv. Ge. III 1 (p. 271, 11—15).
Palem quoque . . . masculino.	

v. 17—18 = Ov. v. 297.
v. 19—22 = Ov. v. 301—303.
v. 23—24 = Ov. v. 298.

v. 24—26. Probationem cur Vesta potissima religionis dea sit, ab Alberico ipso esse praemissam facile e nimia simplicitate cognoscitur. I o v e m i g n e m i n t e m p l o habere praeter mythographum nemo, quantum scio, commemoravit.

v. 27—28. ‚nec sine eo . . . religio‘ item e mythographi ingenio fluxisse persuasum habemus.

v. 28. ‚ipsa ut Ianus‘; Serv. ‚ipsa et Ianus‘.

v. 32. ‚sacerdotes‘ abest a Servio.

v. 33. bene ‚ideo‘ pro Serv. ‚unde‘.

v. 35. ‚quicquid continuisset, effunderet‘ = Serv. ‚effunderetur‘.

v. 44—45. confer praeter Ov. fast. VI 267 et 460: Macr. Sat. I 23, 8. Aug. C. D. VII 16 et 24. Arnob. III 32.

p. 160 v. 6—7. ‚Vestaque . . . servas‘ = Verg. Ge. I 498/99.

v. 8. post numerum XI deest ‚Kl.‘

v. 9. ‚matrem terrae‘; ‚matrem deorum‘, quam lectionem LNVr Serv. praebent, restituendum est.

v. 11. post voc. ‚masculino‘ desideratur Serv. ‚ut hic Pales‘.

v. 12—20 e	Fulg. mit. I 2 sq. (p. 18, 7—13,
Nonnulli Saturnum . . . voluerunt.	15, 18—19, p. 19, 9—10, p. 20, 2).
v. 20—21	ipse addidit.
Sed de Iove tractatum exordiamur.	

v. 22 **III. Iuppiter.**

III 1 p. 160 v. 23—29 e	Serv. A. I 47 (p. 32, 12—17).
Iovem et Iunonem . . . vivere potest.	
v. 29—32 e	Fulg. mit. I 3 (p. 18, 15—18).
Praeterea . . . sint animata.	
v. 32—33 e	Serv. A. IX 126 (p. 321, 11—12).
Iuppiter . . . nuncupatur.	
v. 33—35 e	Serv. A. IX 567 (p. 358, 5—7).
ipseque est . . . appellatur.	

---

v. 12—14. His in versibus Alb. verba Fulgentii valde transmutavit. Interpretationem vocabuli ‚sator', quam extremo Fulg. loco legimus, post verba primo loco posita ‚Saturnum sacrum sensum' transposuit. Quam ob rem, ne ei eadem in sententia idem vocabulum ‚sensus' bis esset scribendum, alterum commutavit cum voc. ‚providentia'. Explanatione cognominis ‚sator' ad aliud verbum translata, cum illud ‚sator' sine ulla adiectione esse nollet, breviter quidem, sed commode posuit: ‚sator omnium'.

v. 16. Alb. addidit ‚sive Ditem', quod nomen alterum debet Remigii commentario i. M. C. V fol. 78 a v. 26—28, quem locum myth. ipse in cap. VI ‚de Plutone' (Bod. p. 174, 35—37) affert.

v. 17. myth. interpretatur ‚polyfilium' = ‚multos filios habentem'. Utrum Alb. hoc ipse finxerit (cf. p. 20 ad p. 158, 2) an ex aliquo fonte deprompserit diiudicare non audeo.

v. 18/19. ‚Iovem . . . physici aetherem'. Alb. praeter Fulg. inspexit Serv. A. I 47 (p. 32, 12—13).

v. 23. Alb. om.: Iovem aetherem intellegi.

v. 26—27. suo iure myth. pro Serv. ‚Iovem' ‚Hos ambos' posuit; nam ex alio fonte, cur Iuno quoque a iuvando sit dicta, extremo loco (v. 28—29) addit: e Rem. comm. i. M. C. V fol. 132 b v. 20—21: ‚licet nos nominemus te Iunonem a iuvando; nullum animal sine aëre vivere potest'.

v. 34. ‚Lucceius'. Verum cognomen ‚Lucetius', quod Serv. praebet, (‚Lucecius' Vr.) saepius reperitur aeque atque Lucetia Iunonis cognomen. cf. Macr. Sat. I 15, 14; Paul. Fest. p. 114 Muell.; Gell. N. A. V 12, 6; Mart. Cap. II 149.

III 2 p. 160 v. 36—44 e Hunc hominem . . . deos fuisse.	Serv. A. X 18 (p. 385, 17—25).
v. 44—161, 8 e Legimus . . . fecunditatem.	Rem. comm. i. M. C. V fol. 79b v. 35—41.
III 3 p. 161 v. 9 e Iovem . . . appellat Martianus.	Mart. Cap. I 32 (p. 13, 27).
v. 9—11 e Res enim . . . dicitur ordinare.	Rem. comm. in M. C. V fol. 93a v. 2—4.
v. 11—16 Cuius rei . . . contenta sunt.	ipse addidit.
v. 17—21 e Namque quod Iovem . . . contrahens.	Rem. comm. i. M. C. V fol. 141 a v. 35—b v. 3; cf. fol. 93 a v. 18, 20—21.
v. 21—26 cf. Hinc Vergilius . . . aversa tenebat.	Serv. A. II 690 (p. 319, 23—25) et Serv. A. X 473 (p. 440, 28—441, 1).
v. 27—31 e Hinc et iratos . . . intellegas.	Serv. A. I 482 (p. 153, 5—7).
v. 31—36 e Nec videatur . . . amantis.	Serv. A. IV 220 (p. 504, 22—25).

---

v. 41. Alb. accuratius ,Iovialis stellae' quam Serv. ,Iovis'.

p. 161 v. 3—4. ,marcentibus'; codd. LN (Bod. p. 116) et Rem. ,marcescentibus'.

v. 9 sq. Alb. explanat: ,res divinas: id est superiores'; ,res humanas: id est inferiores'.

v. 11 sq. Quibus verbis Alb. v. praecedentia Remigiana interpretatur.

v. 21 sq. Alb. ambos Servii locos in unum contraxit et fontis verba breviora amplificavit.

v. 22. ,quos . . . vivent' verbis Alb. interpretatus est Servii verba ,intuentes dii iuvant'; ,quicquid Iuppiter videt, admodum iuvat', fortasse ante oculos habens ea, quae supra (p. 160, 40—41) scripserat: ,bona Iovialis stellae irradiatio honores . . . tribuit'. cf. Dan. Serv. ad A. II 690 (p. 319, 27—28).

v. 27. Alb. iure Servii interpretationem Palladis deae aversae ad omnes deos transtulit.

v. 31 sq. Alb. Servii enuntiata inter se transposuit et contraxit, qua re quin omnia sint dilucidiora reddita nemo dubitabit.

v. 32—33. ,Iove . . . torquente' confluxerunt e Servii ,Oculosque ad moenia torsit regia' et ,Iove Africam respiciente'.

v. 37—39 cf. Quod autem fulmina . . . manifestum est.	Verg. A. II 692—94 et Serv. A. II 694 (p. 320, 19—22).
v. 39—42 e Haec autem . . . sinistra sunt.	Serv. A. IX 628 (p. 365, 12—15).
v. 42—44 e Sinistrum enim . . . legitur.	Serv. A. II 54 (p. 224, 17—18); cf. Serv. A. II 693 (p. 320, 3—4).
III 4 p. 161 v. 45—162, 4 e Quod vero aquilam . . . sub alite saxa.	Serv. A. I 394 (p. 132, 17—22).
p. 162 v. 4—11 e Addunt etiam . . . protulit ovo.	Luc. Phars. IX 902—906; cf. Plin. h. n. X 10. Is. or. XII 7, 11.
v. 12—14 Elemento . . . perspicacitate.	ipse addidit.
v. 14—17 cf. Quod vero aquilae . . . principatum.	schol. Luc. I 7 (p. 6), V 238 (p. 355).
v. 17—25 e Qua de re . . . ministrasset.	Fulg. mit. I 20 (p. 31, 12—18).
v. 25—26 e Unde et a . . . comitentur.	Serv. A. IX 561 (p. 357, 21—22).

v. 37 sq. Apud Servium reperiuntur Alberici verba gravissima ‚physica ratio'.

v. 39—40. ‚Haec . . . nuntiant'. Quibus verbis Alb. explanat Servii brevissima ‚laevum prosperum'.

v. 45. ‚quam refert fabula' = Serv. ‚quia dicitur'.

p. 162 v. 1. ‚hanc dant physicam rationem' = Serv. ‚quod ideo fingitur'.

v. 4. ‚unde' = Serv. ‚ut testatur'.

v. 11 = Luc. v. 902.

v. 12 sq. Albericum ipsum ex antecedentibus conclusisse est verisimile.

v. 17—18. ‚qua de re . . . censuerunt' Alb. addidit.

v. 19. ‚rex exstitit Cretae' videtur esse revocandum ad Serv. A. VIII 319 (p. 245, 14—15) et Serv. A. IX 561 (p. 357, 16—17).

v. 22. ‚cuius cum vicisset augurio' et extrema verba (v. 24/25) ‚fictum est, quod . . . ministrasset' orta sunt e Serv. A. IX 561 (p. 357, 20—21). Alb. accuratius Servio ‚fulmina ministr.' pro ‚tela'. Quod debetur Servio A. I 394 (p. 132, 17—18).

III 5 p. 162 v. 27—32 e Porro de Titanibus ... appellatur.	Serv. A. VI 580 (p. 81, 10—13) et Verg. A. IV 119.
v. 33—34 e Ganymedem ... praedam bellicam rapuit.	Fulg. mit. I 20 (p. 31, 11—12, 20—21).
v. 35 ex Unde se ... dicitur transmutasse.	Ov. met. X 155 sq.
v. 36—38 e Sane Ganymedes ... dicimus.	Serv. A. I 28 (p. 23, 15—24, 2).
v. 38—39 cf. quod constat esse pluviosum.	Pseudacron. schol. serm. I 1, 36.
v. 39—42 e Europam. ... Aegyptus colit.	Fulg. mit. I 20 (p. 31, 21—24).
v. 42—46 cf. Danae quoque ... in pretium deo.	schol. Theb. VI 265 (p. 312, 5 sq.).
III 6 p. 163 v. 1—25 e Habet fabula ... saepissime consequuntur.	Fulg. mit. II 13 (p. 54, 7—14, 16—18, 19—55, 1, 2—3, 11—13).

v. 33. ‚Troili Troianorum regis filium' fluxerunt e Serv. A. I 28 (p. 23, 15—16).

v. 39. Alb. ‚in specie taurina' et v. 40 ‚in vaccina' accuratius Fulgentio, qui praebet ‚in tauro' et ‚in vacca'.

v. 41. ‚asportavit' pro Fulg. ‚rapuisse fertur'.

v. 42 sq. Alb., qui apud Lactantium Horatium commemoratum vidit, hunc ipsum inspexit et ex eo (carm. I. III 16) mutuatus est: v. 43—44 ‚aerea turre inclusa' = Hor. v. 1; — v. 45/46 = Hor. v. 8. —

v. 44—45. ‚auro quidem ... corrupta est' fluxerunt e Fulg. mit. I 19 (p. 31, 8—9).

v. 44. Albericum consulto voc. ‚pecunia' cum ‚aurum' commutasse nobis est persuasum.

p. 163 v. 2. Alb. ad verbum ‚peperisse' adiecit: ‚ex illo conceptu'.

v. 7. Alb. ad verba Fulg. ‚iniuriae mixta' explananda addidit: ‚ad iniuriam alicui inferendam declinans'.

v. 8—9. ‚ideoque Iuppiter ad Ledam veniens transformasse se fingitur' insita sunt e fabula initio huius loci commemorata.

v. 12—14. Pro Fulg. voc. ‚nobilitas' posuit Alb. ‚nobilis vir et potens'. Illud Fulgentianum ‚in iniuriam vergere' interpretatus est his verbis ‚ad iniuriam alienis importandam festinare'. codd. LMN (Bod. p. 117) et Vr

III 7 p. 163 v. 26—33 Ut igitur . . . ut Castor.	ipse addidit.
v. 33—43 cf. Sane alia fabula . . . appareat.	Serv. A. VI 121 (p. 26, 12—15) et Serv. A. II 601 (p. 306, 9—12).
v. 43—46 Quod enim altera . . . Geminos appellamus.	ipse addidit.
III 8 p. 164 v. 1—8 e Porro Helenam . . . commendatam Proteo.	Serv. A. II 601 (p. 306, 12—17).
v. 8—10 Qua ratione quidam . . . Servius non consentit.	ipse addidit.

---

pro ‚alienis' ‚alicui'. ‚a statu modestiae descendens' Alb. verba Fulg. ‚conviciis miscere' explanandi causa adiecit. ‚Miscere' verbi loco, quod, ut iam supra vidimus, myth. evitat, scripsit ‚proferre'. Pro verbo ‚necesse est', quo Fulg. haud dubie modum excedit, Alb. elegit ‚non erubescere'.

v. 15. Alb.: ‚ovum, id est testa humoris grossi . . . plena'. Apud Fulgentium legimus: ‚sicut in ovo omnis sordities continetur intrinsecus'. Loci re consentiunt. Pro verbo ‚intrinsecus contineri' myth. substantivum ‚testa' posuit et ovi imaginem magis perspicue retinens illa verba, quae primo obtutu insolita videantur, ‚humoris . . .' affert, cum apud Fulg. illud unum voc. ‚sordities' inveniamus.

v. 16. ‚turpitudo tantum' Alb. adiecit. ‚tantum' om. cod. L (Bod. p. 118). Albericum consulto duo synonyma posuisse opinor pro Fulg. ‚o m n i s est inmunditia'.

v. 19—21: ‚Ea e n i m Graecos . . . videt' et extremos versus 23—25 ‚Iniuriam e n i m . . . consequuntur' ex ingenio mythographi ipsius ortos explanationis causa esse adiectos nemo non videt.

v. 21—22. desunt interpretationes Graecae voc. ‚perditio', ‚malum extremum', quae apud Fulg. inveniuntur.

v. 26 sq. Alb. ipse finxit ad v. Fulgentiana cap. VI prolata respiciens.

v. 36—37. ‚et suam . . . I o v i s c o n c e s s u dimidiavit' fluxisse verisimile est ex Ovid. fast. V 715—20.

v. 37—39. ‚traditur . . . mereretur' mythographo ipsi tribuenda esse imprimis mira interpretatione dimidiandae immortalitatis ‚. . . se Pollux occidi permiserit q u a p a r t e m o r t a l i s fuerit', quae originem videtur ducere e Servii verbis ‚mortem suo interitu redemit', facile cognoscitur.

v. 41—43. ‚ut dum oritur . . . appareat'. Alb. fuse eadem, quae Serv. brevissime dicit verbis ‚ut occidente una oriatur altera'.

p. 164 v. 10 sq. Hic habes praeclarum exemplum, quam argute Alb. fontes suos exscripserit et contaminarit.

v. 10—27 cf. Quum enim . . . ventum est.	Serv. A. X 91 (p. 396, 19—21, 23—397, 3) et Serv. A. I 619 (p. 181, 11—12, 14—17, 19—20, 21—22) et Serv. A. X 92 (p. 397, 11, 12—14).
v. 27—32 cf. Iuxta altiorem . . . fratres.	schol. Theb. VII 792 (p. 377, 16—22).
III 9 p. 164 v. 33—39 e Ut autem ad . . . constringere videatur.	Rem. comm. i. M. C. V fol. 79 b v. 6—10.
v. 39—43 e Frequentius tamen . . . coloris aetherii.	Serv. ecl. X 27 (p. 123, 19—22).
v. 43—45 e Hic et Ammon . . . dicitur.	Rem. comm. i. M. C. V fol. 134 b v. 23—30.
v. 45—46 e Ubi et eius simulacrum . . . responsa.	Serv. A. IV 196 (p. 498, 6—8).

Conferas velim hanc tabellam:

v. 10—11. ,Quum . . . expugnato'
v. 13—14. ,filiam . . . is'
v. 14. ,dedisset'
v. 15—16. ,profectique . . . legati'
v. 17—22. ,eam . . . commisit'
v. 25—27. ,sic igitur . . . ventum est'
} e Serv. A. X 91.

v. 11—13. ,occisoque . . . arceret'
v. 14—15. ,primus . . . est'
v. 16—17. ,sed a vicinis . . . refert'
} e Serv. A. I 619.

v. 22—24. ,deinde . . . marito' e Serv. A. X 92.

v. 16. ,ipsum ab Hercule captum' errore fluxisse opinamur e Serv. A. IV 228 (p. 505, 28, 30—506, 1) ,nam Troia antea ab **Hercule** . . . **capta** est: . . . cum constet Priamo tunc ab Hercule imperium traditum'.

v. 18. ,repetere' ω, quod verum est (B. p. 118).

v. 27 sq. Albericum, quamvis a fonte discrepet, hunc locum ad manus habuisse versibus Statii commemoratis: myth. v. 31—32 = Stat. Theb. VII 792/93 satis apparet.

v. 29—30. ,Unde Helena . . . videtur' quin Alb. ipse addiderit quis dubitet?

v. 43 sq. Alb. fabulam ipsam neglegens tantummodo Ammonis nominis interpretatione usus est. Velim conferas praeterea schol. Luc. IV 673 (p. 310 Web.).

v. 46—p. 165 v. 3 e Sed et in . . . vocantur.	Serv. ecl. IX 13 (p. 111, 2—4).
p. 165 v. 3—4 e Dicitur in Creta . . . invenisse.	Serv. A. III 104 (p. 359, 22—24).

v. 5 **IV. Iuno.**

IV 1 p. 165 v. 6—7 e Uxorem Iovi . . . statuere.	Serv. A. I 47 (p. 32, 12—16).
v. 7—9 e Haec elementa . . . patiuntur.	Rem. comm. i. M. C. V fol. 128 b v. 33—129 a v. 2.
v. 9—12 Unde et his . . . praedicant.	ipse addidit.
v. 12—13 e Ideo autem . . . est mollius.	Cic. d. n. d. II 26 (p. 290, 10—11).
v. 13—20 et quia ut viro . . . sororem dicunt.	ipse addidit.
v. 20—22 Porro Iunonem . . . conficitur.	unde fluxerint in medio nobis relinquendum est.
v. 22—27 e Ideo autem eam . . . et pluvias.	Serv. A. VII 311 (p. 151, 14—16).

---

p. 165 v. 7 sq. Alb. Remigii verba contraxit omittens sententias negantes.

v. 9 sq. Quibus non inepte Alb. ad locum e Cicerone petitum transit.

v. 13 sq. Hanc alteram causam Albericum ipsum addidisse fortasse ea, quae cap. III 2 (p. 161, 2 sq.) e Remigio mutuatus erat, in mente habentem opinor.

v. 16 sq. Haec quoque myth. ex suo ingenio scripsisse censendus est his locis pro fundamentis positis:

v. 16—17: Serv. A. I 47 (p. 32, 12—14).

v. 18. ‚iisdem parentibus orta' cf. Macr. So. Sc. I 17, 15; Cic. d. n. d. II 26 (p. 290, 7 sq.).

v. 20 sq. O. Gruppius (Griech. Mythologie p. 1133) scribit: „eine seltsame Überlieferung liegt der Deutung des Myth. Vat. III 4, 1 zugrunde: Iunonem ideo Neptuni fingunt alumnum, quia . . ."

v. 22—23. ‚quotiens . . . actura est' Alb. inseruit.

v. 23—24. Alberici exempla, quae apud Servium desiderantur, originem ducere videntur ex hisce locis: Serv. A. I 42 (p. 30, 4); Serv. A. I 71 (p. 40, 14—15); Rem. comm. i. M. C. V fol. 101 b v. 34 sq.

IV 2 p. 165 v. 28—36 e Huic et Iridem . . . dicitur.	Rem. comm. i. M. C. V fol. 101 b v. 18—21, 34—37.
v. 36—38 e Varietatis autem . . . necesse est.	Serv. A. IV 700 (p. 585, 18—20).
v. 38—39 Haec quia in . . . fingitur deservire.	ipse addidit.
v. 39—44 e Habet etiam fabula . . . laetari videtur.	Rem. comm. i. M. C. V fol. 93 b v. 26—31.
IV 3 p. 166 v. 1—29 e Haec etiam . . . praeesse dicitur.	Rem. comm. i. M. C. V fol. 132 b v. 21—25, 27—32, 35—fol. 133 a v. 4.
IV 4 p. 166 v. 30—44 e Sane quia de . . . possit audiri.	Serv. ecl. VIII 29 (p. 96, 20—97, 1).

v. 28—29. Alb. suo iure, cum in capite ‚de Iunone' versetur, ad initium huius loci transposuit: ‚Iunoni Iridem ministram assignant'.

v. 36. ‚varietatis . . . est' pro Serv. verbis ineptis ‚cui . . . res'.

v. 42. Alb. ‚qui (Pliades) in genu Tauri sunt'. cf. V fol. 78 b v. 27—28 ‚hic (Mercurius) in eam partem Tauri veniens, in qua Pliades sunt in genu eius videlicet'. — cf. schol. Lucan. II 722 (p. 179 Web.).

v. 44. Alberici verba ‚et de temperie sua quasi laetari videtur' et in V et in B desunt.

p. 166 v. 1—2. Alb. quasi principium sententiarum sequentium praemisit.

v. 3—4. ‚quod nascentes . . . praebeat luminis' Alb. inseruit e Serv. A. II 610 (p. 308, 15—16).

v. 9—11. Alb. ad substantivum ‚purgationibus' apposuit genetivum ‚animarum' propter sequentia, quae fluxerunt ex Ov. fast. II 19—54.

v. 11. Alb. ‚introduca quod introducat'. ‚iterduca' VrNL (Bod. p. 119) Rem. — ‚per iter ducat' Hω ‚per iter ducit' Rem.

v. 12. Alb. ‚domoduca'; domiduca VrLN Rem., quae lectio praestat.

v. 15. Alb. ‚ungebant ingredientes' — Rem. ‚unguebantur'.

v. 16. Alb. ‚Cinctia'; ‚Cinthia' LVr; ‚cincia' M (Bod. p. 120) et Rem.; ‚Cinxia' Mart. Cap. II 149 (p. 42, 10 ed. Eyss). — Alb. ‚a cingendo'; ‚a cingulo' Rem.

v. 27. Alb. omisit interpretationem Rem. Graecam Curitis nominis.

v. 29. Alb. ‚quibus (bellantibus) et illa praeesse dicitur' apud Remigium desiderantur. Quae fortasse revocanda sunt ad Serv. A. I 8 (p. 15, 4—5): ‚est Curitis, quae utitur curru et hasta, ut est „hic illius arma, hic currus fuit".

v. 33—36. ‚Unde est . . . Iovi' interposita sunt e Serv. A. II 469 (p. 291, 15—19).

v. 44—46 e Sed et laneis vittis . . . velleribus niveis.	Serv. A. IV 458 (p. 546, 6—9).
p. 167, v. 1—3 e Fingitur etiam... usus venerius.	Serv. A. IV 114 (p. 484, 3, 4—5).
IV 5 p. 167 v. 4—17 e Haec, ut ait Fulgentius . . . promittitur visio.	Fulg. Virg. Cont. 748, 749 (p. 90, 22—23, 91, 6—12, 14—18).
v. 17—31 e Iunonem . . . operum eius.	Fulg. mit. II 1 (p. 38, 17—39, 4).

---

v. 35. Alb. ‚Vestae limen c. e.'; Serv. ‚Vestae vestibulum'. Limen vestibulum esse adnotat Dan. Serv. A. II 469 (p. 291, 19), cuius verba Albericum non legisse, sed illud ipsum collegisse nobis persuasum est. cf. praef. p. 3.

v. 37. optime ‚iis faces praelatas' pro Serv. ‚faces praeire'.

p. 167 v. 1. Alb. verbis ‚Fingitur . . . nuptiis' explanat poetae verba ‚perge: sequar'.

v. 2. bene ‚post in coitu' pro Serv. inepte posito ‚sic'.

v. 5. Aeolum regem esse ventorum Alb. cognovit e Serv. A. I 71 (p. 40, 17—18).

v. 6. ‚eique Deiopeae coniugium spondet' hic Alb. inseruit, cum totam fabulam interpretationi esse praemissam vellet.

v. 9. ‚quidem'; ‚quae dea partus est' rectissime L (Bod. p. 120) et Vr.

v. 10. ‚sed ad naufragium'; ‚hoc naufragium generatur' VrHLN verissime procul dubio.

v. 17 sq. Loci initio Alb. Iunonem divitiarum dominam appellat. Fulg., etiamsi ubique eum Iunonem divitiarum dominam in mente habere intellegere possumus, tamen nusquam hoc verbis enuntiat neque ei necesse fuit, cum in capite praecedenti, quod ‚fabula de iudicio Paridis' inscribitur, large quid Iunonem esse veteres philosophi voluerint exposuisset. At mythographo, qui antea Aeoli et Deiopeae fabulam attulit, illa verba quasi principium versuum sequentium fuerunt praemittenda.

v. 19—20. Alb. verbis ‚qui enim (quo vocabulo Alb. suam annotationem fonti adiungere atque inserere solet) divitiis . . . aspirat' verba Fulgentii antecedentia ‚divitiae regnis sunt proximae' non satis perspicua interpretatur.

v. 22. Albericum consulto ‚quasi praegnantes' scripsisse enuntiato sequenti ‚nam . . . generantur', quo ab eo quid sint divitiae praegnantes explicatur, demonstratur.

v. 23/24. ‚plerumque abortiunt'; cod. M (Bod. p. 121): ‚nonnumquam abortiuntur'; Fulg. ‚nonnumquam abortiant', quod rectum est.

v. 24. ‚simulque sors et lucra depereunt' Alb. addidit.

v. 25/26. Alb. ‚appetentem esse' verbo est usus pro Fulg. ‚quaerere'.

v. 26/27. Alb. brevius ‚curvamen concavans anteriora ornat' Fulgentio,

IV 6 p. 167, 32—34 Ideo autem Irim . . . fugitiva.	e	Fulg. mit. II 1 (p. 39, 4—8).
v. 34—35 Sane Irim . . . volunt.	e	Serv. A. V 606 (p. 636, 23—24).
v. 35—37 ideoque eam . . . oriuntur.		ipse addidit.
v. 37—39 Hinc est, quod . . . mittitur.	e	Serv. A. V 606 (p. 636, 22—23).
v. 39—p. 168 v. 11 Iunonem etiam . . . habet acumen.	e	Fulg. mit. II 14 (p. 55, 16—18, 19—56, 6, 13—16, 18—25).

---

qui dicit ‚curvamine concavans antrum faciem ornet'. Alb. ‚anteriora' per analogiam illius ‚posteriora', quod infra legimus, scripsit et ‚faciem' vocabulum omittens ‚anteriora' ad verbum ‚ornare' traxit.

v. 27/28. Alb. verbis ‚divitiae et gloria' (‚saecularis' ipse adiecit) correxit illa Fulg. ‚divitiarum gloriaeque appetitus ornat . . . nudat'.

v. 28/29. ‚postremo quos ornaverant, nudos relinquunt'; quae Albericum consulto scripsisse pro illis a Fulgentio brevius et obscure allatis ‚postrema nudat' nemo negabit.

v. 29/30. desiderantur, quae apud Fulgentium leguntur ‚Teofrastus in moralibus' et eius verba Graeca.

v. 32. Alb. om. Fulgentii interpretationem Iridis deae ‚quasi arcum pacis'.

v. 33. post verbum ‚pingens' deest ‚arquato curvamine'.

v. 35. ἔριν certamen significare Alb. comperit e Fulg. mit. II 11 (p. 51, 19).

v. 39. ‚frequentius' Albericum addidisse opinor, ut Mercurium deorum ministrum κατ' ἐξοχὴν esse significaret.

v. 39 sq. Alb. ad initium quasi principium totius loci mediis e Fulg. versibus sententiam: Iunonem regnorum esse deam transtulit.

v. 43. quid Ixion Graece significet, quod a Fulg. nobiscum communicatur, Alb. omisit.

v. 44/45. Cum Fulg. ‚dignitas' brevius quam ut primo obtutu quid in mente habeat intellegi possit scribat, Alb. largiorem explanationem illi vocabulo addidit dicens ‚in hac vero vita . . . id est quantaelibet dignitatis persona'.

v. 45. Alb. ‚tantum' consilio adiecit, cum sensu poscatur.

v. 36. Alb. ad subst. ‚similitudinem' adiect. ‚horariam', quod Fulgentio deest, apposuit rectissime, ut magis perspicue res contrarias ‚regni similitudo' — ‚regnum quod perenniter duraturum est' nobis proponeret.

p. 168 v. 1. ‚non illud, quod transitorium est' Albericum ipsum e verbis praecedentibus ‚illud enim regnum est, quod perenniter duraturum est' concludentem addidisse persuasum habemus. Quae pari loco apud Fulgentium scripta videmus ‚At vero cui . . . praesumit', Alb. neglexit.

IV 7 p. 168 v. 12—23 e De poetica . . . esse velocissimum.	Serv. Ge. III 115 (p. 285, 26—286, 6).
v. 23—26 e Sane de his . . . fieri videantur.	Serv. A. III 90 (p. 357, 3—4).
v. 26—43 e Qua de re aptum Hieronymus . . . effecit.	Rufin. hist. mon. c. XXVIII (Migne tom. 21 col. 451).
v. 43—44 e Idcirco etiam . . . exclusa est.	Serv. A. III 90 (p. 357, 4—6).
IV 8 p. 168 v. 45—169, 1 Sed a diverticulo . . . fingimus.	ipse addidit.
p. 169 v. 1—41 e Habet enim fabula . . . dedisse scientiam.	Fulg. mit. II 5 (p. 43, 22—44, 5, 7—45, 2).

v. 2. Alb. minus accurate ,legitur in historia', cum Fulg. praebeat ,Democrites in theogonia scribit'.

v. 5. ,celeriter'; Fulg. ,celerem'. Rectum nobis videtur praebere Vr ,scelere'.

v. 9—10. ,elevantur et deprimuntur' pro Fulgentii ,erectiones . . . elisiones sustineant'.

v. 19. ,id est semihomines et semiequi', quae apud Servium desiderantur, ingenio Alberici esse tribuenda nemo negabit.

v. 24. Alb. accuratius ,dicuntur fieri' quam Servius ,sunt'.

v. 42. ,virginem omnibus apparere, ut et sibi v.' recte Vr.

v. 43. magicam artem a Romanis exclusam esse docuit Albericum Serv. A. IV 493 (p. 554, 11—12).

p. 169 v. 4. ,septimo videlicet anno' scribentem Albericum memoria tenuisse existimamus Tiresiae fabulam, quam Ovidius narrat. Velim conferas Ov. Met. III 322—327. Hoc loco etiam verbum ,coire' (Alb. v. 2) reperimus, cum Fulg. ,concumbere' praebeat.

v. 9—10. ,ut ei . . . scientiam dedit'. Quae apud Fulgentium non reperimus. Inspiciamus Lact. Plac. narr. fab. III 4 (Muncker. p. 208): ,Pro qua iniuria, quod maius esset, Iuppiter futurorum ei scientiam tribuit'.

v. 11. Alb. Fulgentianam explanationem Tiresiae nominis Graecam praetermisit.

v. 12—13. ,mensibus hiemalibus, terris frigore constrictis' Alb. addidit.

v. 13. ,germina nulla producit' = Fulg. ,clusura soliditasque germinum'.

IV 9 p. 169 v. 42—43 e Fulg. mit. II 5 (p. 45, 3—4).
Nam ob hanc rem . . . praevideat.

v. 14. ‚vere ingresso‘ = Fulg. ‚ex verno tempore‘.

v. 15. Alb. ‚iam lasciviam exercentia‘ adiecit verba faciendi causa.

v. 17. ‚in aestivam fecunditatem‘; quibus verbis Alb. optime correxit Fulgentii ‚in aestatis fervorem‘, nam quin ‚fecunditas‘ voc. praeclarum tertium comparationis (mulier et aestas fecundae sunt) sit quis dubitet?

v. 18—19. Alb. ‚germina omnia prodeuntia‘ facilius intellectu quam Fulg. ‚omnia patefacta‘.

v. 19. ‚tamquam a matris utero‘ Alb. apte addidit.

v. 21—24. ‚In autumno . . . uredine‘ ex Alberici ingenio originem ducere opinamur. Quae priore in parte narrat ‚dum iterum coëunt animalia et seruntur germina‘, iam supra v. 15 ab eo commemorata vidimus. Tiresiae nominis et virgae voc. alteram interpretationem (Tires. = tempus ad biemem vergens, virga = frigoris uredo) Alb. e contrariis explanationibus ‚Tir. id est aestiva perennitas; virga id est fervoris aestus‘ videtur conclusisse.

v. 26. ‚suci exsiccentur‘ = Fulg. ‚constrictis venis vitalis suci‘.

v. 26/27. ‚folia cadant‘ = Fulg. ‚foliorum marculentam detundat calvitiem‘.

v. 27/28. ‚sicque . . . sterilitatem‘ mythographo ipsi haud dubie sunt tribuenda. Haud scio an in mente habuerit verba Fulgentii ‚masculino corpore adstrinxerit‘ et recte pro vocabulo ‚corpus‘ tertium comparationis ‚sterilitas‘ posuerit.

v. 29—30. ‚Septimo mense solem vices temporum variare manifestum est‘ fluxerunt e Macr. So. Sc. I 6, 50 ‚Sol enim unum de duodecim signis integro mense metitur‘ et 6, 57 ‚Sol quoque ipse . . . septimo signo vices suas variat‘.

v. 31. ‚de voluptate‘ et v. 32/33 ‚utpote rem expertus‘; quae apud Fulgentium non exstant. Hic conferamus Lact. Plac. narr. fab. III 4 (p. 207 Muncker.). Eadem similibus verbis narratur a schol. Stat. Theb. II 95 (l. l. p. 86, 8—9, 17).

v. 31. ‚de procreationis natura‘ = Fulg. ‚de genuina amoris ratione‘.

v. 34. Alb. ‚tripla ab aëre . . . provenit‘; Fulg. ‚dupla aeri suppetit‘. Omnino legendum est ‚tripla‘, nam antea (v. 7/8) virum (= Iuppiter = ignis) tres uncias amoris habere, novem feminam (= Iuno = aer) comperimus. Alb. ‚materia‘; ‚maturitas‘ recte Vr.

v. 34/35. myth. ‚aëris humiditas‘ = Fulg. ‚aer‘.

v. 35. Alb. ‚fovere‘ = Fulg. ‚maritare‘.

v. 35/36. Alb. ‚multiplicare‘ = Fulg. ‚gravidare‘.

v. 36. Alb. ‚calor ignis‘ = Fulg. ‚sol‘.

v. 39. ‚singulis . . . leniens‘ Albericum consulto ad v. 36, ubi ‚calor ignis‘ (= Iuppiter vel secundum Fulgentium = sol) memoratur, spectantem scripsisse verisimile est pro Fulgentii ‚occultis vaporibus conceptionalem factum‘.

v. 43—170, 4 e quem tamen alii . . . audis.	Serv. A. VII 607 (p. 171, 21—172, 4).
p. 170, 5 e Eidem . . . consecratur initium.	Rem. comm. i. M. C. V fol. 98 a v. 7 sq.
v. 5—6 e diciturque Ianus . . . pandat.	Rem. comm. i. M. C. V fol. 78 b v. 5.
v. 6—7 Unde et anni initium . . . nuncupatur.	ipse addidit.
v. 7—18 e Sane templi . . . optare debent.	Serv. A. I 291 (p. 106, 25—107, 7).
IV 10 p. 170 v. 19—26) e Quia vero Aeoli . . . Liparen.	Serv. A. I 52 (p. 33, 23—34, 5).
v. 26—32 e Aliarum nomina . . . praesentire.	Mart. Cap. VI 648 (p. 219, 6—14).
v. 32—34 e Physica autem ratione . . . ventis.	Serv. A. I 52 (p. 34, 12—13).
v. 34—36 e Regnum ei Iuno . . . Aeolus.	Serv. A. I 78 (p. 43, 16—18).

v. 40/41. ‚seminum satorum spondet et . . . praedicit proventum‘ = Fulg. ‚ei futuri germinis subministrat‘.

v. 40. ‚salutem‘ pro ‚saltem‘ rectissime Vr. Infimo versu (41) Alb. pro Fulgentii verbis ‚quasi praescientiam‘ illa supra e Lact. Plac. narr. fab. allata posuit ‚unde et . . . scientiam‘.

v. 43. Alb. recte addidit ‚praevideat‘.

v. 43 sq. Alb. Servii singulorum enuntiatorum ordinem praeclare correxit ea, quae sensu iungenda erant, componens.

p. 170 v. 13. Servii ‚spem‘ in Alberici ‚speciem‘ emendandum est.

v. 16. ‚cognitionem‘ sensu caret. ‚coitionem‘ recte Serv. et Alb. cod. M (Bod. p. 122). — ‚melior‘ recte ω et Serv.

v. 16—18. Albericus pristinum rectum sententiarum ordinem servavit, cum Servii codices speciem dittographiae praebeant.

v. 19 sq. Alb. sententias principales Servianas inter se transposuit.

v. 22. ‚visus est‘ ω et Serv.

v. 26. Alb. insularum nomina a Martiano commemorata praeter unum silentio texit.

v. 33. Alb. verbis ‚in antro sedere fingitur‘ explanat poetae breviora ‚vasto antro‘.

v. 34—35. Alb. verbis ‚regnum ei Iuno fingitur dedisse‘ simplicissimum reddit Vergili versum ‚tu mihi quodcumque hoc regni‘.

v. 36—46 e Sed et motu . . . eo amplius.	Serv. A. I 71 (p. 40, 14—21).
v. 46—p. 171 v. 3 e Quod autem eum . . . posse.	Serv. A. I 57 (p. 35, 22, 24—36, 2).
p. 171 v. 4—6 e Praeterea quis . . . hoc regni est.	Serv. A. I 78 (p. 43, 16, 19—20).
v. 6—7 e Misenus . . . ex vento creari.	Serv. A. III 239 (p. 384, 3—5).

v. 36 sq. Alb. ordinem Servianum immutavit:
v. 36—39 ‚sed . . . ventorum' = Serv. v. 17—19 ‚ideo . . . ventorum';
v. 39—43. ‚Non . . . dubium est' = Serv. v. 14—17;
v. 43—46. ‚Sane . . . amplius' = Serv. v. 19—21.
v. 42. verb. ‚demittuntur' Alb. apte addidit.
p. 171 v. 2. ‚et iras temperare' fluxerunt e Verg. A. I 57.
v. 5. ‚unde . . . impotentiam' ex Alberici ingenio orta sunt.

Reliqua propediem edentur in commentationum,
quae inscribuntur
Breslauer Philologische Abhandlungen
fasciculo 45.

Vita.

Natus sum Robertus Raschke die XXI. Iunii anno 1887 in vico comitatus Glacensis, cui nomen est Alt-Neissbach, patre Roberto, matre Amalia e gente Bartsch. Fidei addictus sum catholicae. Tirocinio in schola elementaria peracto gymnasium Glacense adii et per sex annos frequentavi. Anno 1907 maturitatis testimonio instructus ad Universitatem litterarum Vratislaviensem me contuli studiis philologicis et historicis operam navaturus.

Docuerunt me viri clarissimi: Baumgartner, v. d. Borne, Cichorius, Ebers, Foerster, Gercke, Kampers, Kaufmann, Kuehnemann, Passarge, Preuss, Sachs, Schrader, Seger, Skutsch, Wendland, v. Wenckstern.

Proseminarii et seminarii philologici sodalis fui per terna semestria Foerstero, Gerckio, Skutschio, Wendlandio moderantibus.

Ad exercitationes seminarii historici benigne me admiserunt: Cichorius, Kampers, Preuss, philosophici: Baumgartner, Kuehnemann, archaeologici: Foerster.

Quibus viris doctissimis omnibus quantum debeam non obliviscar; imprimis vero gratiam habeo Alfredo Gercke praeceptori, praecipue autem Richardo Foerster, qui me ad hoc opusculum scribendum incitavit in eoque conficiendo summa liberalitate atque humanitate me adiuvit.

Typis Maretzke et Maertin, Trebniciae Sil.